

## Cartas de Alvar Gómez a Juan de Vergara

El estudio del humanismo hispano del XVI presenta ciertamente grandes lagunas, debidas en muchos casos más al abandono de unos y desprecio de otros que a la falta de elementos para rellenarlas. Una primera aproximación a dos filones documentales, en buena medida inexplorados, no deja lugar a dudas de que nuestros humanistas del XVI produjeron obras en cantidad y calidad en modo alguno desdeñables.

Poco conocidos todavía son los Archivos: parroquiales, catedralicios, notariales; partidas, expedientes, testamentos, descubren datos preciosos para la historia del quehacer humanístico. En los protocolos notariales, por ejemplo, están los testamentos de aquellos hombres, donde se detallan a menudo sus riquísimas bibliotecas, tanto de obras impresas como manuscritas, propias y ajenas; las manuscritas por desgracia generalmente despreciadas y reducidas a la dolorosa fórmula «los libros escritos de mano no van tasados»; con ello nos han privado del conocimiento de tantos trabajos que la carcoma del tiempo y la ignorancia se han encargado de aniquilar. Pero no carecería de interés conocer, siquiera por sus títulos, el volumen de esta obra desconocida que una fortuna adversa impidió que pasara a letras de molde haciéndola desaparecer.

Más importante es el inmenso fondo manuscrito, ni siquiera descrito en su totalidad, que atesora una parte de la ingente producción de los hombres de letras del XVI. Dentro de él, los epistolarios poseen importancia fundamental para el estudio del Renacimiento; no sólo como muestras del latín humanístico: aquellos hombres eran conscientes al escribir sus cartas, de que estaban practicando un género literario de gloriosa tradición desde la Antigüedad, por lo que ellos mismos se cuidaban de conservarlas e

incluso editarlas. Además, los epistolarios nos ponen al corriente de las relaciones personales y de la labor diaria, de cuyos frutos no queda otro recuerdo; pero, en cualquier caso, son el testimonio indubitable de que tales obras existieron.

Este breve trabajo que presento en homenaje al P. José Oroz, benemérito traductor de Alvar Gómez<sup>1</sup>, pretende ser una humilde prueba de las posibilidades que la investigación en archivos y bibliotecas puede ofrecer para el conocimiento de nuestro pasado humanista, a la vez que anticipo de labores en curso.

Transcribo las cartas dirigidas por el maestro Alvar Gómez de Castro a Juan de Vergara, entresacadas del conjunto de las que se encuentran en el Ms. 13008 de la Biblioteca Nacional, que junto con el 13007 constituye una recopilación miscelánea de cartas y opúsculos del maestro toledano y de su círculo de amigos y correspondientes. Las palabras y frases griegas originales las doy en caracteres latinos cursivos. Unas breves notas de mi cosecha servirán para esclarecer algún pasaje.

## I. IOANNI VERGARAE

Si vales, bene est, ut a veterum principiis exordiar, ego quidem valeo, ita ut singulos pullos conficiam. An non Athletam Epicureum laudas? Majus addam: ad pavones indicos palatum exacuo, nescio quam bene conatus succedet. Quare vide quem deinceps ad coenam invites; nam generosam orexim mecum fero, et illa iam *opsa* tantum mihi placent, *hoia edona diotrephees basilêes*, adeo me cibus alienus juxta Comici sententiam dementavit. Interim tamen tui desiderio studia nostra prorsus contabescunt, et nunquam librum in manus assumo, quin tu mihi totus occurras ingentem tui cupiditatem excitans; adeo ut nostrum hunc secessum, quem tu jure splendidum, magnificum et dignitatis plenum appellas, sordida illa portione commutaren, pro qua tanta cum motestia mense sextili dimicatum est. Non profecto propter aliam causam quod ne ad alias sedes commigrando tuâ presentîa carere cogerer. Nam quae alia, obsecro, vitae jucunditas praeter illam est, quae ex amicis literatis percipitur? Quis homini studioso vel divitiarum indicarum

1 Alvar Gómez de Castro, *De las hazañas de Francisco Jiménez de Cisneros*, Edición, traducción y notas por José Oroz Reta, Madrid (Fundación Universitaria Española) 1984.

fructus erit, ablato illo suavissimo convictu, qui ultro, citroque inter viros studiosos habetur? Quid alii sentiant penes illos sit: mihi vero si ista subtraxeris, vita minime vitalis consetur. Equidem Tolemtum explorabundus e Compluto veneram, eo sane animo, ut postquam votis quorundam satisfecissem, illico ad lares consuetos recederem. Eras tu tamen in insidiis, qui Homericæ loti vice rerum quantumlibet dulcissimarum oblivionem continuo induceres. Cave me nunc captatorem tui existimes, cuius animum nisi jam pridem cognovisti, in me injurius, et ingratus es. *Sed alis pros se tês philophilias.*

Inclytus et amplissimus dux<sup>2</sup> nunquam de te non honorifice et studiose loquitur, et cum te mihi ex epistola tua invidere audivit: ego, inquit, libenter ab illo invidiam hanc depellerem. Omnes suas lucubrationes, quibus hactenus annotandis indulsit, ad te mittendas, ut opinor, parat: nam id jam bis, aut ter significavit. Ille quidem diligenter conscripsit, sed authores nonnunquam vel triviales, vel obscuros citat, quorum auctoritatem siquando convellerem, ut quisque suis familiaribus favet, moleste ferebat. Quamprimum hoc sensi nihil amplius reluctatus sum, Græcæ illius paroemias memor: *argyrou khrênai laloûsi.* Vale XV. Calendas Octobris MDL.

## II. DOCTORI JOANNI VERGARA

Quoniam semper optavi tibi ubi, ter maxime Vergara, studia nostra probatum iri, nihil est unquam sive id magnum, sive parvum sit (quanquam quid esse potest in his tenuibus vireculis magnum) quod non tibi uni a me elaboretur. Dicam ingenue quod mihi aliquid commentanti accidit, nondum calamus atramento tinctus est, cum tu statim ante oculos oberras, aut temeritatem, et audaciam comprimens, aut calorem, et vigorem addens; ac proinde si quid tandem exarare visum est, ad acerrimi, vereque heroici iudicii tui nutus me componens, ea quae possum diligenter considero, ne quid te illic aut parum elegans, aut ineptum offendant. Dispeream si quis unquam insanus amator corporis ornatum attentius contemplatur, puellae suae se commendaturus. Quam ea de causa *homoiôsîn* induxi, quoniam memini sanctissimum Regem, eundem-

2 El cuarto Duque del Infantado, don Iñigo López de Mendoza, que publicó en Guadalajara en 1564 un *Memorial de las cosas notables*. Quizás fueran éstas las «lucubrationes» que le iba a enviar a Vergara. En homenaje de este mecenas publicó Vergara el *Tratado de las ocho cuestiones del templo*. Toledo, 1552 (Fue reeditado por F. Cerdá y Rico en *Clarorum Hispanorum opuscula selecta et rariora*, Madrid (Sancha) 1781).

que electissimum prophetam Jonatham suum, quem misere lugebat amabilem super amorem mulierum appellantem. Quod si in re lugubri Rex circumspectissimus hac sibi permisit de charissimo homine comparatione uti, cur non idem mihi de te agente concedetur, quem ob raras animi virtutes, ob incomparabilem mentis candorem, ob suavissimos, et facillimos mores, ob iudicii rarissimum acumen, ob omnigenam denique eruditionem, tanta animi charitate complector, tam ingenti veneratione prosequor, ut mihi persaepe multo magis gratulatus fuerim, quod mihi te vivo nasci, tecumque vivere liquerit, quam sibi Princeps ille Philosophorum Plato, quod cum Socrate suo versaretur, eumque praeceptorem nactus esset: nam fortasse sine Socrate ille, quae ejus erat ingenii magnitudo, in tantum Philosophum, qualem nunc admiramur evasisset; ego vero ab schola tua alienus, aut tuis sapientissimis sermonibus privatus in perpetuis tenebris mansissem. *Hdóti agóreuô*, nam tu ipse nosti, qualem me huc Complutum remiserit, vanis nimirum opinionibus refertum, nihil ad unguem, quod dicitur calentem. Ubi multum humanitati tuae debeo, qua mihi aditum ad te patefeceris, multa mecum communicaveris, quae partim tuum erga me amorem declararunt, partim tam mirifice me erudierunt, ut mihi deinceps verendum non sit, ut *ámousos* omnino apud alios videar. Taces quantum mihi aestimationis apud omnes conciliaverit, frequens haec tua qua me dignaris familiaritas, cuius assiduitate, tametsi nihil aliud profecissem, magnam utique doctrinae opinionem inter nostros mihi comparavi. Hac ipsâ igitur indulgentiâ tuâ fretus sylvulam quandam heroicis versibus his diebus a me conscriptam, cui nomen *Coralium*<sup>3</sup> ex argumento indidi, ad te scriptorum meorum formatorem, et censorem mitto. Nam, ut principio exorsus dicebam, talia commentanti tu unus occurristi cui solum placere instituerim.

Diu erat quod desiderabam in hoc scripti genere vires experiri, nam quamvis tu ipse epigrammata nostra laudaveras, cui non credere piaculum fuisset, neque enim unquam adulatorem agis; tamen

3 Debía de ser un poema de circunstancias dedicado a Vergara. El motivo último tal vez fuera que el coral estaba indicado para las dolencias urinarias (disuria, según otra carta del propio Alvar Gómez a Juan Santa Cruz Cárcamo) que padecía Vergara. «Aprieta y resfría delicadamente el Coral, reprime la carne demasiadamente crecida, extirpa las cicatrices que dan fealdad a los ojos, encarna y encora las llagas hondas, restaña la sangre del pecho efficacissimamente, socorre a los que no pueden orinar, y beuido con agua: deshaze el baço». Cito por la traducción de Andrés Laguna del *Dioscórides*, edición de Salamanca, Matías Gast, 1566, 557.

altius me tollere nondum ausus eram, donec dominae Mariae<sup>4</sup> afflatus, cujus liberalitate, et favore studia mea nitore novo splendent, mihi spiritum majorem movit.

Eum si tu, magne Vergara, dignum esse duxeris, ut ad Principem foeminam proficiscatur, cujus iudicium non minus quam tuum semper pertinesco, nido nostro confisus evolavit; sin minus cum coeteris nugis delitescet Vulcano alimenta aliquando futurus. Vale, praestantissime heros, cujus mihi Dii faxint perpetuo liceat disciplinâ frui. IIII Idus Septembris. MDLIII.

### III. DOCTORI JOANNI VERGARAE

Scripti ad te octavo Idus Augusti de adventu nostro in Guadalfajaram, et de Principis Infantatus erga te benevolentia. Nihil illi antiquius nunc accideret, quam si tuis sermonibus aliquot dies praesens frueretur. Quare de operam, modo id sine reipublicae detrimento fiat, ut ad has nostras delitias aliquando venias, ut saltem in hac syderis aestivi intemperie, quanta sit coeli hujus benignitas experiaris: nam honores quos tibi Princeps sapientissimus deferret, cum tu omnibus ornamentis, omniumque veneratione dignissimus sis, non est quod a me in praesentia commemorari debeat. Librum suum, imo tuum potius, semper in ore habet, nec de re ulla libentius loquitur, ac proinde mihi necesse fuit, denuo illum diligenter evolvere. Gratissimum illi fuit, quod in particula literarum tuarum, quas ego attuli ad eum dixisti: te a non parum multis coram audivisse, melius Ducem interrogasse, quam Doctorem respondisse. Quod cum ego postea Saldanensi Comiti nurui suae de te studiose agentis referrem: Gaudeo, inquit, Doctorem tuum assentatoriam tam probe callere. Ego tamen cum existimationem tuam ea de causa imminui non crederem, coepi multis verbis soceri quaestiones apud illam commendare: nam, quantum intellexi, apud neminem magis rerum auctoritatem valere Dux cupit, quam apud nulum foeminam ingeniosissimam, et multis sane de causis priscis illis heroinis comparandam; naturae tamen, et fortunae, quibus abundat dotibus, muliebriter nonnumquam insolescentem.

De incolumitate tua, quo in statu res vestrae sint, quot juris peritos ad petitionem Senatus habeatis, et an alia hydra renascatur; cujus capitibus amputandis vobis tantopere laborandum sit, modo

4 Doña María de Mendoza, que merece ser contada entre los humanistas.

tibi ab occupationibus, quas in hujusmodi negotiis gravissimas habere soles, otium Deus aliquis fecisset, magni interesset ex tuis literis vel leviter cognoscere: quod enim tu obiter, et negligenter facis aliorum studium, et diligentiam superat.

In Domini mei Scholastici literis, quas V. Idus Augusti ad me dedit, distichum legi, quem tu, ut opinor (neque enim authorem edidit) elegantissime composuisti ad bibliothecae nostrae ornamentum.

Clamantes alibi, multi hic, docuere Magistri.  
Aere alibi, hic gratis, sed meliora docent.

Impudentem, et arrogantem me esse fateor, qui te de re aliqua admonere cogitem; coeterum id a me amor, quem erga omnes res tuas habeo, extorquet. Praeteritum *docuere* mihi non plane videtur congruere: ac proinde nisi dictionem *muti* expungendam iri, aegre fers, quam tu, ni fallor, sciens affectasti, vide an rei de qua agitur praesens magis quadret; sicne dicendum esse videatur:

Clamantes alibi, sunt hic sine voce magistri.

Nemo enim tam tardus est, qui ad hanc perifrasi non statim paroemiae recordetur, quae libros mutos magistros appellat: adversus quam mihi ita libuit, vide impudentiam, aemulatione tui ludere.

Ne mutos dixeris(a) quos vox aliena loquentes  
Reddit, nostra scias, quae tua verba putas.

Translationem epistolarum Marci Bruti<sup>5</sup> pridie idus absolvi, nec certe sine animi mei voluptate: habent enim viri sapientissimi, et gravissimi imaginem. Adjunxi latinas duas, et quae ad Cicero- nem de Octavio est, et quam ad Antonium Consulem cum Cassio Praetore ipse Praetor scripsit. Interpres Latinus *ouden hygies* quantum vellent te castigatorem habuissent, antequam Principi diligentissimo offerrentur. Cum tamen ad te venero deformitatem, quam nunc occuitant, detegent. Exemplum literarum, quas Rhuam Soriensis Gymnasii moderatorem<sup>6</sup> dedi, una cum his ad te mitto.

5 Colección de setenta cartas griegas atribuidas a Bruto y recopiladas por el rey Mitrídates. Pueden verse en la edición de los Epistológrafos griegos de Hercher. Alvar Gómez pudo contar con la traducción latina ya existente. En la *Biblioteca* de Gallardo, tomo 3, n.º 2.362 se mencionan unas *Epistolas de Bruto con la traducción (castellana) de Alvar Gómez y otras cosas*.

6 Pedro de Rúa, que enseñó griego en Soria. Mantuvo una abundante correspondencia con Alvar Gómez, conservada en este mismo manuscrito. Fue severo crítico de Fray Antonio de Guevara.

Condonabis ambitioni nostrae, quae quidquid id est, tibi uni ostentare cupit, scilicet quae tibi uni placere studet. Vale. Duodecimo Calendas Septembris.

(a) Lege *dicas*, necessitate metri ita postulante.

#### IV. JOANNI VERGARAE

Pudet me aliquid ineptum a te viro sapientissimo petere. Sed quid agam ut minus sapiens peto, vereque patior aliquid humanum. Percupio sylvam nostram<sup>7</sup> aliquot tuis lineis commendari, nam magni intererit, si templo suo testimonio tuo approbata offerantur. Vale.

\* \* \*

De este epistolario llama sobre todo la atención la alta estima, adoración incluso, que Alvar Gómez muestra hacia Juan de Vergara, al que, no se olvide, su fervor erasmista había hecho sufrir los rigores del Santo Oficio por los años de 1530 a 1533. Aprecio que se observa general en cuantos le trataron. Como se ha dicho, «Vergara no perdió su reputación y continuó el resto de sus años venerado por los toledanos, que veían en él uno de los hombres más ilustres que tuvieron su cuna en la antigua ciudad de los Concilios»<sup>8</sup>. Ello abre un interrogante sobre el verdadero poder de la Inquisición y su ascendiente sobre las conciencias individuales. Otra cuestión que habría que estudiar<sup>9</sup>.

VICENTE BÉCARES BOTAS  
Universidad de Salamanca

7 Tal vez le esté solicitando un prólogo para la obra cuya portada transcribo: *Alvari Gomecii Eulaliensis Edyllia aliquot, sive poemata*, Lugduni, apud Gasparum Trechsel, 1558. Vergara murió el 20 de febrero de 1557. Contiene un poema funerario («Alcon») dedicado a Vergara, así como diversas «inscripciones et epigrammata» del propio Vergara. Esta carta podría fecharse, pues, en los primeros días de 1557.

8 M. Serrano y Sanz, «Juan de Vergara y la Inquisición de Toledo», *RABM* 5 (1901) 896-912; 6 (1902) 29-42 y 466-486, 474.

9 Las cartas I y IV fueron publicadas en A. Bonilla y San Martín, «Clarorum hispaniensium epistolae ineditae», *RH* 8 (1901) 181-308, nn. 4 y 5.